

eorum exemplo constituat. Pertinent Sumptuariae. Sui ex
 stantia leges, quibus bono cauet Princeps, ac opulentiis nimis
 splendore liceat se aliis praeponeere, ac se ultra gene-
 ris sui dignitatem pretiosis inumentis exornare, neve ultra
 necessarium expensas faciant. Expediit siquidem Reipubl. ne
 quis re sua male utatur: imo et haec leges ipsum bonum Rei-
 publicae respiciunt. Nam, inquit Scipio Amiralto, omnes Sum-
 ptuariae Leges, quibus et gulae et vestibus et seruitiis coeterisque
 pompis modus imponitur, nil spectant aliud, nisi ut Subditi o-
 mnes pauperentur. Caudandus Sine, iterumque laudandus Tiberius
 qui totus in coercendis profusionibus fuit. Caudandus Vespassianus
 qui praecipuus adstricti moris inter cives auctor fuit. Cau-
 dandus Veneti, qui Sumptuarias leges acriter custodiunt. Cumque
 paulatim eas infringi animadvertunt, gravi sub poena re-
 novari non semel curant. Vituperandus vero et seic obiter
 diem in vestitu, in cibo, in potu est luxus. Ubi enim grisea
 in laeis inumentis ac vestibus singulos prope artus expri-
 mentibus frugalitas? Ubi illa vetus prandiorum ac coenarum
 tenuitas? Illa valetudinis et Patrimoniorum tutrix par-
 simonia? Plane desperit, nisi ubi adhuc a virtutum
 Summa paupertate defenditur. Quod videt mores nostri
 ut ciborum capis ac deliciis iam maxime pereant. Sunt
 haec non pauci, sed cupidus multi et potior pars, quibus
 — Summa boni est, unctam vixisse patella
 Nec pauci sunt, qui parum lauti aut honesti sibi videntur, nisi
 — gustus elementa per omnia quorant
 nunquam animo pretiis obstantibus.
 Prout quisque item est: qui non ad luxuriam usque vestiendo
 corpori inserviat? Plures vestium, quam fame rationem
 habent maiorem, plures animi culturam negligunt, dum
 vestibus impense student, ignari etiam sub fordido pallio
 latere sapientiam quandoque summam. Praecipuis autem